

CAPUT XI.

De anno Solari, quo Graeci tacito, ac recondito sumi. Cujus ratio diligenter exposita: Et Alphonsi Caranae falsa opinio discussa. Mensis naturaliter Luna proprius, ut annus Solis; Et utrumque certa methodo temperatum à Graecis explicatur. recondita quomodo Graeci menses habuerint.

TERTIUM sententia nostra, doctrinaeque caput est de altero anni genere minimè civili, ac populari, quo Graecos praeterea usos esse lib. I de Doct. temp. cap. VII meminimus; quemque majore conatu, quam operepretio Alphonsus oppugnat.

Nostri igitur haec ratio fuit: Cum sit duplex anni Lunaris genus: alterum solum, & expeditum ab anni Solaris commercio; cuiusmodi est Arabicus annus: alterum cum illo implicatum, & complexum; quale est quod certis intercalationum, ac periodorum nexibus adstringitur; & Solaris cursus rationibus illigatur: qui priore utuntur anno, nullo praeterea opus habere: qui autem posteriorem deligunt, ab iis non modo Luna circuitus; sed Solares insuper observandos esse.

Etenim quoniam in hac posteriore forma non id solum attenditur, ut mensura, vel etiam annua Luna sibi intervalla consent: sed ut ad eisdem Solarium tempus cardines adhaerescant: quemadmodum egregie Geminus exponit: id autem sine Solaris cursus observatione consequi nullo modo possumus: fit illud necessarium, ut qui civilia tempora istiusmodi genere metiuntur; alterum pariter anni genus assumant, quod tacitum, & opertaneum, vel reconditum merito nominamus. Quod adeo domestico exemplo penè oculis subjicitur. Nam si quis de Alphonsi sciscitetur, quod anni genus populare sit Hispaniae, qui civiles, popularesque menses; Julianos ambos esse, statim respondebit. Rursus quoniam anni nostri Juliani ita cum Lunaribus temperantur, ut decimonono quoque anno vertere, ad idem, unde profecti erant, initium redeant; si quis de Lunaribus mensibus, annove quarat, utrum civiles sint, negabit exemplo. Taciti ergo, & reconditi sint oportet: id est ab usu populari sejungant.

Sic igitur Athenienses, Graecique reliqui, quos ad Lunam civilia tempora transgressis pluribus argumentis evicimus, quod in Lunari facimus, id in anno Solis instituebant. Hoc ideo persuaderi Alphonsi non potuit, quia rerum astronomicarum, ac Solis, Lunaeque motuum profusus, ut ingenuè ipse fatetur, ignarus est. Et si non magna, neque subtili ad hoc discernendum peritia opus erat: sed cuiusmodi in plerisque opificibus, ac rusticis animadvertimus: qui vulgarem computum, & componendarum inter se Solis, ac Lunae rationum methodum utcumque callent. Cujus inficitia putavit Alphonsus, quod rerum natura nullo modo patitur; ita annos ordinari posse, uti menses singuli Lunares sint, anni simplices Solares. Quo quidem remoto, facile de anno Solari recondito nobis assentietur. Etenim si Athenienses, ac Graeci reliqui civiles menses ad Lunam accommodarunt: id autem aliter usurpari nequit, nisi etiam anni singuli Lunares sint. iidem porò populi menses istos, & annos non minus cum Sole, quam cum Luna congruere voluerunt; si quid in nobis est iudicii, fateamur oportet; hoc unica tantum ratione potuisse perfici, quam ex Gemino antea declaravimus: nimirum, ut repetitis, & intercalatis mensibus Lunaribus, quamvis singuli sint menses, annique Lunares; summa sit ipsa mensium, annorumque Soli non minus, quam Luna congruens. Quamobrem cum nulli alii in populari Graecorum usu, quam Lunares anni menseseque fuerint; neque, si ad Lunam menses exigebant, esse poterint: sequitur proprios Solaris anni menses, & annum ipsum Solis simplicem, extra civilem usum, tacitum, ac reconditum fuisse.

De hoc anno Solari non ea repetam hoc loco, quae libro I de Doctrina Temporum capite VII plenius exposita sunt. Duo tamen hic omittenda non videntur. Alterum variam illius, ut & Lunaris, magnitudinem constituisse Graecos. Non enim ab ultima vetustate, ut opinatur Alphonsus, Graeci Solarem annum ad Julianum modum definiunt: ut ex Herodoto, Gemino,

Alphons. pag. 74. sum. 140.

Tam verò ne istud quidem propterea sublatum est, quò velut natura duci homines paulò ante diximus, ut eum mensem loquendo simpliciter exprimerent, tricenarium cogitarent. Non me praeterit aliam ab eruditissimis hominibus, imò verò Scriptoribus antiquis, rei hujus originem asseri, quae ex partium signifieri divisione petitur: quòd dodecatemion quodlibet in gradus triginta tribuitur. Ita Gaza libro de Mensibus, & ante hunc Theo loco illo, quem antea notavimus; in quo Graecos ait menses ad Lunam direxisse, Aegyptios ad Solem. Sed, nisi nos vehementer fallimur, nostra illa ratio & naturae ipsi consentanea magis est, & graviores habet auctores. Imò vix altera illa probari potest, duplici de causa. Prima, quoniam divisio signifieri in XII partes, & dodecatemion cuiusque in XXX gradus, non adeo vetus est atque illa annorum in menses, & mensium in XXX dies apud Aegyptios, & Graecos. Deinde quia non omnia signa dies XXX Sol percurrunt, sed aliqua diebus undetriginta; alia triginta & uno, vel duobus. At Luna tamquam peculium quoddam mensis est; unde est mutua ambo inter appellationis communio. siquidem apud Hebraeos eadem penitus vox utrumque significat. Hinc illud Ecclesiastici XLIII, g. μήν μήν ἢ ἡμέρα αἰώνος ἴσθι. Mensis secundum nomen ejus est. Graeci verò aut μήν ἢ ἡμέρα, id est Luna, ἡμέρα deflexerunt: ut Varro V de lingua Lat. & Theo in Comment. ad Aratum docent. aut è contrario à voce μήν, ἡμέρα derivarunt. Quippe uti annum observabilem facit Sol circumacti suo; ita Luna mensem minoribus se spatiiis hestens; ait Seneca lib. IV de Benef. cap. XXIII.

Jam verò licet in civili mensum ordinatione alternis dumtaxat triginta Luna dies assignentur: ipsa tamen per se perpetuò tricesimum occupat diem. Ideo qui de mense Lunari etiam exacto loquuntur, ei recondite ferè semper tribuant, ut Geminus; ut Pollux; ut Aristophanis Schol. ut Achilles Tattus Isagoge in Aratum. περὶ τρεκαστάτα τὰ ἐστὶ ἀπορροφήσιον, inquit, ὃ ἐστὶν ἡμέραν μῆνα, ἡμέρα τρεκαστῶν ἢ λ' ἡμερῶν. Quintadecima plena est, qui dimidiatus est mensis, si triginta dies bisuriam partiamur. Neque propterea verum est, tricenarios omnes Graecorum menses fuisse, quod parum acute colligit Alphonsus. Etenim mensem illi considerant absolute, ac per se, uti jam diximus, non ut civilium contextu, ac ferie continetur. Nam illo modo recondita semper obtinet. quamvis eam non impleat. Quippe tricesimo die ab eo, quo cepit, perpetuò desinit. Quare nullus mensis Lunae, si separatim sumatur, recondita sua caret. Ut haec naturalis est, & certissima causa, quae tricenarium in mensibus numerum hominum usui commendavit. sic ad eam conciliatrix quaedam opportunitas accessit. quòd iste numerus aquabilis, & uniformis sit, & ad communem inter homines computandi rationem magis idoneus. Est enim numerus cum per se; tum in tempore, mensura quaedam. Mensura porò simplex, & uniformis esse debet, ac sui similis. Hujusmodi verò est in mense tricenarius numerus, in quem tacita quadam conspiratione gentes omnes consentiunt, etiam illae, quae inaequalibus mensibus populariter utuntur.

Quam ob causam Aegyptii primum, tum eorum imitatione Graeci videntur, cum annum Solis cursum in annum suum, illi popularem, isti reconditum, derivare cuperent, (quod quidem accuratius Graeci, quam Aegyptii fecerunt) annum legitimum, ac vel ordinarium, diebus trecentis & sexaginta definiisse, reliquos dies; tamquam appendices, extra ordinem arrogasse. Hoc, inquam, ut facerent, tricenariorum illos mensium commoditas induxit. quorum aquabilem tenorem superflui, & in legitimum feriem distribuit dies illi quinque perturbant.

Ad summam estis annus absolute, ac naturaliter Solaris circuevit intervallo describitur: mensis verò, Luna proprie tribuitur; non ideo consequens est, utrumque populariter adhibitum fuisse; aut in civilem aliquam, simplicemque formam ita posse coalescere, ut tam anni singuli cum Sole, quam singuli menses cum Luna conveniant. Huic enim temporis natura ipsa reclamatur, uti supra capite V demonstravimus. Neque verò, si quod populum, civitateque consistet, cujus alterutro genere definitus esset civilis annus; alterum quoque certis ad usus adscivisse, quorum aquabilis, & rata esse mensura debet; ambo aut putare, ut appellare civili-

les, populariseve annos oportet quippe cum unicum tantummodò, quod ante dictum, & dicendum sepius est; genus anni civile esse possit: quamvis aliter juris potius, quam temporis consultus persuadere velit Alphonsus. Quod quidem in uno Judaeorum exemplo declarabitur. Etenim civilis annus, quo utuntur hodie Judaei, unicus est, idemque Lunaribus: ut & Rabbiorum commentarii omnes; & Latinorum, qui de Judaico computo bene multi exstant, ad unum docent. nec ullus haecenus fuit, qui Solarem annum popularem aliquot ab hinc saeculis Judaeorum esse scriberet. Atqui idem illi Judaei, ex quo Lunarem annum, cyclumque populariter usurpant, alterum nihilominus genus anni Solare pariter adhibent, quo Sabbaticos annos, Jobelæos, ac longinqua possessionum intervalla circumferunt: ut ex R. Arama libro Hakedath Iitak ostendimus in secundo de Doctrina Temporum cap. XX XI. Minimè itaque civilis, aut popularis annus is est, cujus utrumque sensus, atque usus ad cives pertinet. sed ille dumtaxat, quo publica, privatæque, ut jam diximus, & quidem ordinaria acta continentur.

CAPUT XII.

Quatenus Graeci omnes populi, & quamdiu Lunarem annum civilem obtinuerunt. Galeni locus insignis illustratur, & castigatur. de bisextilis diei situ in anno Juliano falsa ejusdem opinio.

DUO hic animadvertenda sunt, ac distinguenda tempora: alterum, quod Julianam editionem antecessit; alterum, quod eam secutum est. Si de priore sermo sit; quanam apud Graecos anni forma tum esset, satis haecenus explicatum, demonstratumque esse confidimus. Cum autem Scriptoribus illi, quorum testimonio freti Graeci Lunarem annum adscribimus, ἀόριστος, & sine ulla restrictione loquantur, commune Graecorum id omnium institutum fuisse videtur. Sed cum Graeciae, ac Graecorum appellatio latissime pertineat: ut non propriam, germanamque modò Graeciam, quae Achaia, sive Hellas postea est dicta, contineat; sed etiam civitates, ac colonias omnes, quae sermone Graeco uterentur; non temerè de Graecis posterioris hujus generis omnibus affirmari debet; civilem, perinde, ut priores illos, annum ad Lunam habuisse descriptum; nisi quatenus id de singulis certi auctores asseverant. Quamquam ea nonnullorum, quos testes adduximus, Scriptorum oratio fuit, uti ab hac lege; & observatione Graeci nominis populum exciperent neminem. Verumtamen, ut ab omni temeritate sententiam nostram contineremus, interdum universè de Graecis omnibus pronuntiare veriti sumus, ac particulam ferè adjuvimus: uti capite VI, libri IV de Doctrina Temporum ubi ita scripsimus: Etenim cum primò epocha illa Seleucidarum, & Alexandria condita est, anni Lunares erant; ut & Graecorum ferè omnium; & Judaeorum. Hanc nostram in scribendo cautionem, quam probare debuerat, frustra vexat \* Alphonsus: eamque ad immutatae sententiae, & inconstantiae fidem, & invidiam trahit. Absurdè id quidem: ut & illud importunè, quod nos concipere nominatim civitates illas jubet, quas à communi Lunaribus anni lege velimus exceptas. Nos inquisitioni ista, si sapiamus, nihil respondebimus. Nam non est digna, cujus ratio habeatur.

Post Julianam formam ab Julio Caesare, vel Augusto publicatam, non statim, nec ab omnibus transmarinis civitatibus, extorta Lunari, nova illa recepta est popularis anni ratio; sed paulatim progressum res habuit, ac non eodem omnes tempore; verum alii post alios ad victoris sese populi usum, morèque finxerunt. Neque verò unum omnes, idemque cum Romanis fixi, ac Juliani anni primordium ceperunt. sed ab autumno circiter plerique sunt exorti: ut Aegyptii; ut Syromacedones; ut Athenienses. Sic in mensum descriptione Juliano ab modo discreparunt. Nam tricenarios aliqui menses omnes habuerunt cum appendicibus quinque, & bisextili. Quibus porò temporibus singulae nationes, ac civitates haec apud se constituerint, difficile est dicere: imò dici de omnibus ab nullo posse mortalium arbitror. De paucis quidem exigua sunt Veterum in scriptis impræcisa vestigia, quibus insisteret conjectura posse.

\* Pag. 46; num. 39; & 40.





tum habuisse diximus. Quis enim non videt post vocem...

Ad hæc, tria quædam illuc ab Alphonso commissa sunt, quæ castigationem merentur. Primum, ex eo, quod Plutarchus narrat in Alexandro Lunam defecisse sub initium mysteriorum...

Par. 31. Num. 68.

ta die defunctis ad Arbella Athenienses ad Naxum navali prælio vicerunt. Itane Athenienses idem & ad Arbella Darium, & ad Naxum vicerunt?

Tertium genus hallucinationis reliquis gravius. Scripsit Plutarchus libro de gloria Atheniensium: Cum ergo in cap. X libri XII de Civit. Dei Græcicam annorum historiam Ægyptiacam præferendum dixerit...

Denique super Mysteriorum tempore leviter non pervellit; quod cum dies illis quinque præficerimus, Meursius novem postea comperit.

V Reliqua Veterum testimonia, quibus deinceps utitur Alphonfus, insignè ferè aliquid ad reprehensionem continent. Sed ea majori ex parte in superioribus capitibus enucleata sunt.

Alphonf. Num. 74.

re, in qua, Juliano jam exorto anno, major erat in popularibus annis, ac mensibus varietas.

VI In Epiphania verò, (cujus locum ex Hæresi Alogorum citans, imperitè Analogos bis Jurisconsultus nominat) non solum eadem collectionis inanitas est; sed etiam contrarietas sententiarum.

Decimo-sexto de anno æquabili testimonium ex Augustino petit Alphonfus. Sed quo argumentationis genere concludat, quantum hodie Dialecticorum est, numquam extricare poterit.

Decimo-octavo lunarem Græcis impingit annum, Gaza auctore fretus, qui duplicem illorum annum facit; alterum dierum CCCLX, cujus mensis tricenarii sunt, cum appendicibus in fine quinque; alterum lunarem.

Neque verò quod de tricenariis mensibus in abdito illo, & arcano Græcorum anno comprehensis ex Gaza diximus, ad antiquiorem, & obsoletam lunaris anni formam referre Caranza debuit: in qua mensis lunares tricenarios statuebant; annum verò lunarem, dierum CCCLX.

Par. III.

Nihilò successu meliore; sed doctrinæ, & orationis obscuritate majori, contra illa nititur, quæ de Gaza eodem loco scripsimus in Animadvers. ad Epiphanium. In quibus oppugnandis quid sibi velit, quæque in re nos accuset, tum fortasse sciemus, cum ad Diatribam suam commentarium aliquem ediderit.

Subjungit his Halicarnassensis locum; qui tricenarios Atticorum mensum certissimè videtur adstruere. Hic enim Lib. I, cladem Iliensem contigit referet XXIII die Thargelionis, ut Athenienses tempora dixerunt.

Ad extremum hæc illa referenda sunt argumenta, quæ ex stans quibusdam Græcorum temporibus Caranza deducit, ut solarem annum apud Athenienses, Græcosque fuisse persuadeat. Etenim Olympiades, & id genus ludi periodici certis annorum intervallis constabant.

Alph. pag. 96.

Alph. pag. 96.

lunares fuerunt. Quocirca tetraeterides, quibus Olympiaca ludera continebantur, quoad fieri poterat, perinde Soli, ac Lunæ congruebant.

Ad hæc solaris circuitus naturalis & propria mensura est orbis anni, ut intervalli mensuri Luna. Quo fit, ut ad annorum fixa certaque spatia significanda tacitus illum mortalium consensus adhibeat. Neque propterea necesse est popularem ubique esse Solis annum. Quod in Judæis, Arabibus, reliquisque cernimus. quorum civilis annus lunaris est, Arabum imprimis. Et tamen quoties atatum, & hujus generis ceterarum rerum, quæ ratas, & constantes habent vicissitudines, intervalla concipiunt, naturalibus ac vertentibus annis utuntur. Vide quæ de Judæis ex R. Arama diximus lib. Ide Doct. Temp. cap. VIII, & lib. II, cap. XXXI.

Alphonf. pag. 25, num. 34

Atenim si naturalis annus est Solis; Lunæ verò dumtaxat artificialis; non est verisimile, Græcos naturali anno spreto, alterum genus usurpasse. Hoc enim Caranza nobis objicit. Verum quod ille de annis, hoc de mensibus vicissim retorquere possumus. Cum enim naturalis mensuri spatii dimensio ex Lunæ circuitu pendeat; Sol autem non nisi *regnum*, & ex hominum instituto, ad mensum discrimen assumatur; consentaneum est, Græcos ad Lunam potius, quam ad Solem menses exegisse civiles. mensum enim potissimum ratio in plebique civilibus contractibus habita est; ut in re fœnebris quidem usurarum penitationes erant mensuræ. In reliquis, quæ ad naturalem magis annum accommodantur, præstò illis erat, ut & nationibus omnibus, Solaris conversio, quam cum anno civili implicatam interim, ac tacitam tenebant.

Hæc satis sunt ad ea refellenda, quæ Sectione tota secunda Capitis tertii disputat Alphonfus, eadem sæpius, non sine lectorum tedio, repetens. Horum enim vis eo spectat omnis, ut rata quadam ac descripta temporum intervalla penes Græcos existisse doceat, quæ non nisi Solis annis orbibus metiri illi poterint. Quod nos etiam ultrò confitemur; & quemadmodum cum anno populari ad Lunam descripto consistere ista queant, hæcenus explicamus. In quo etiam, per summam ejus, quod scribebat, incertiam, & *deperitiam*, suffragatorem habemus Alphonsum.

Qui inter alia civilis anni Solaris argumenta istud affert; quod intercalationibus, & subductionibus variis lunarium mensum cum Sole popularem suum annum conciliaverint Græci. Id enim arguit, civiles annos ad Lunam descriptos esse. Alioquin nihil opus erat intercalationibus. Tum ex eo consequens fit, Græcos non aliter solarem annum observasse, quam in tota Periodo annorum plurimum: non autem in annis singulis. qui utique lunares erant. Nam intercalationes lunarium mensum non in quolibet anno fieri poterant. Sed tertio, sexto, octavo, & ita reliquis in annis. Postremò ex lunariis mensibus tam ordinariis, quam intercalariis, anni lunares singuli non fiunt. sed de anno Græco, Atticòque nimis fortasse multa. quam ut disputationem longius opinione mea tenderem, fecit ejus, quo cum res erat mihi, Hispani Jurisconsulti indoles; qui ut citandis quam plurimis auctoribus multiplici sibi lectionis famam parare instituit. ita commovendis omnibus quæstionis partibus, non vulgarem in singulis *rebellat*, ac peritiam ostentare voluit.



DIONYSII PETAVII E SOCIETATE JESU, AD AUCTARIUM OPERIS DE DOCTRINA TEMPORUM VARIARUM DISSERTATIONUM LIBER QUINTUS.

In quo de anno Judaico, Ægyptiaco, & Romano vetere contra Alphonsum à Caranza Hispanum, & Claudium Salmasium disseritur.

CAPUTI

De civili Judæorum anno sententia nostra proponitur. quæ & ab Alphonfi calumnia vindicatur. Hujus opinio falsa de triplici anno civili. reliqua item absurdè scripta.

Ab anno civili Judæorum initium disputandi fecit Alphonfus. Quo in capite primùm *avnuaxias* nos redarguit: tum quid ipse sentiat, quomodo potest exponit. Ego eundem ordinem secutus, primùm de me; tum adversus illius opinionem verba faciam. Ac principio quæ mea sit, & in libris de Doctrina Temporum fuerit ea de re sententia, breviter attingam. Quænam esset olim apud Hebræos veteres popularis anni ratio, non solum antequam Moyses illorum factos edideret: sed etiam sæculis deinceps aliquot; certo neminem affirmare posse dixi: neque me dixisse modò pœnitet. Nam quod ad Lunam exactos illorum menses, & annos, saltem post Mosem plerique sentiunt, id nullis satis firmis argumentis ostenditur. Quippe Lunaris mensis, Lunæve nulla in Mosaicis libris occurrit mentio. Quamquam aliquot ante Christum sæculis, posteaquam sub Græcorum dominatu cœperunt esse Judæi, verisimile esse docui, lunarem ipsos annum populariter habuisse. Quin & Moysis tempore, si non civilem iis fuisse, certè ad sacra, festivæque dies usurpatum videri; etsi nihil hæc de re ex Scripturis idoneè colligi possit. Hæc nostra de præfco Hebræorum anno vel opinio, vel dubitatio fuit, exposita secundo de Doctrina Temporum libro, capite XXVII, XXVIII, ac XXX, sanè constanter.

Contra quam Alphonfus à Caranza primùm omnium de contrarietate præscribit. Nam nos asserit alibi lunarem annum civilem tribuisse Judæis, lib. I, cap. V, & VIII. idque postea mutasse. Sed profectò scribendi ac reprehendendi nimis ardor præcipitem egit hominem: neque quid argueret prorsus animadvertit. Nam cap. illo quinto verba nostra sunt. Nam & Ægyptii cum *avnuaxias* suo anno periodos lunares implicabant: & Judæi ipsi, quibus ad Lunam descriptus erat annus, propter *embolismos*, & *cardines*, sive *Tekuphas*, solaris anni modum aliquem stauerant. Hic ego non Judæos veteres assero ad Lunam descripsisse civiles annos; sed recentiores, qui post Seleucidarum exordium existiterunt. ut ex lib. II, cap. XXXI intelligi potest. Similiter octavo capite libri primi non de antiquissimis, ac Mosaicis temporibus locutus sum, sed iis dumtaxat, quæ Christum sæ-

culis aliquot antecesserunt; quod idem caput XXXI docet libri II, si cum octavo illo comparetur. Intererat ejus, qui aliorum errata castigare vellet, non tam graviter aditu in ipso reprehensionis offendere. Sed non hic finis hallucinandi. Nam ecce num. 5, ac sequentibus caput alterum nobis *avnuaxias* impingit. Etenim lib. IX, c. IX post nonnullam de veteris anni forma dubitationem, eo tandem delapsi sumus, ut æquabiles menses, ac tricenarios Patriarchis illis tribuerimus. quod ipsum erat, inquit, ab lunari typo desciscere. Quid hæc argumentatione firmius? Agitur de anno Judæorum veterum, cujus ratio ac forma quaritur. Ille ut inconstantia nos arguat, ea nobis objicit, quæ de anno Patriarcharum veterum, ac Diluvii tempore alibi scripsimus. Ergo Judæi, Noëmi ac Diluvii temporibus existerunt? Potes eodem jure, & Hispanorum annum veterem simili rationatione colligere. potes & Italarum. Non enim minus Hispani, & Itali, quam Judæi sub Diluvii tempore existabant. Atqui toto illo reliquo capite, ac singulis penè verbis idem repetit: me ab Hebræorum, ac Judæorum usu *prædictum* alioqui *mibi annum lunarem* abjudicasse, quod Diluvii temporis æquabilem anni formam potius adscribam. At o bone! uter nostrum fautor est ardentior; ego lunaris anni, an tu Judaici nominis, atque gentis? Nam tu Noënum, ejusque filios Judæos omnes facis? in eoque non solum Apostolo contradicis, qui ad Romanos cap. IV præputium circumcissionis, qui Judaismi character est, antiquius esse statuit: sed in nos etiam injurius es, quorum genus & originem ab Judæorum stirpe derivas.

At etiam id objicere non est veritus, me contra Latinæ Bibliorum editionis fidem, & auctoritatem venisse: quod libro IX, cap. IX scripsit arcam die vel *Num. 14* XVII mensis septimi, ut Hebræis placet; vel XXVII, ut Græci; Latinique volunt, super montes resedisse. (Id enim nos de septimo, non secundo mensis voluisse scribere, tota per id caput instituta à nobis anni illius descriptio demonstrat.) Hic verò perspicue nobis impositum. Nam initio capitis illius, postquam anni, quo Diluvium accidit, accipitem rationem cum aliis de causis, tum ob Hebræorum, Latinorumque codicum varietatem, & *avnuaxias*, esse dixi; statum deinde quæstionis exponens, editionis utriusque rationem habui. Ita enim, opinor, faciendum fuit. Ceterum capitibus sequentibus, & in Chronico maxime, ubi citra quæstionem, & ambiguitatem opinionem exposui meam, Latinorum in partes transii.

Nunc quid Jurisconsultus de Hebræorum anno respondere audiamus. Non unum genus anni civile ipsos habuisse,

Ridicula Alphonfi ratiocinatio.